



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

Caput IX. Contra inanem Hæreticorum fiduciam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

**Sæcul. XVI.** fundamentum , & radix omnis justifi-  
cationis , sine qua impossibile est place-

**A.C. 1547.** re Deo , & ad filiorum ejus consortium

**Hebr. II. 6.**

pervenire: gratis autem justificari ideo dicamur , quia nihil eorum , quæ justificationem præcedunt , sive fides , sive opera , ipsam justificationis gratiam pro-

meretur : si enim gratia est , jam non

**Rom. II. 6.** ex operibus : *Alioquin* , ut idem Apo-

stolus inquit , *gratia jam non est gratia*.

### CAPUT IX.

#### *Contra inanem hæretorum fiduciam.*

**Q**uamvis autem necessarium sit cre-  
dere , neque remitti , neque re-  
missa unquam fuisse peccata , nisi gra-  
tis divina misericordia propter Christum:  
nemini tamen fiduciam & certitudinem  
remissionis peccatorum suorum jaētantι,  
& in ea sola quiescenti , peccata dimit-  
ti , vel dimissa esse dicendum est: cum  
apud hæreticos & schismaticos possit  
esse , imo nostra tempestate fit , & ma-  
gna contra Ecclesiam Catholicam con-  
tentione prædicetur vana hæc , & ab  
omni pietate remota fiducia . Sed ne-  
que illud afferendum est , oportere eos ,  
qui vere justificati sunt , absque ulla  
omnino dubitatione apud semetipsoſ  
statuere , se esse justificatos , neminem-  
que a peccatis absolvi , ac *justificari* ,

*nisi*

LIII.  
ustifi-  
lace-  
tium  
ideo  
justi-  
five  
pro-  
non  
Apo-  
a.

iam.  
cre-  
e re-  
gra-  
um:  
hem  
anti,  
mit-  
cum  
ossit  
ma-  
on-  
ab  
ne-  
os,  
illa  
fos  
m-  
ri,  
nisi

nisi eum, qui certo credit se absolutum, *Sæcul. XVI.*  
& justificatum esse, atque hac sola fide *A.C. 1547.*  
absolutionem, & justificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei  
promissis, deque mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam si-  
cut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque Sacramentorum  
virtute, & efficacia dubitare debet, sic quilibet, dum seipsum, suamque pro-  
priam infirmitatem, & indispositionem respicit, de sua gratia formidare, ac timere  
potest, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse  
falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

## CAPUT X.

### *De acceptæ justificationis incremento.*

**S**ic ergo justificati, & amici Dei, ac domestici facti, euntes de virtute in virtutem, renovantur, ut Apostolus in- *Eph. ix. 19.*  
quit, de die in diem, hoc est, mortificando membra carnis suæ, & exhibendo ea arma justitiae in sanctificationem, *Coloss. 3. 5.* *2. Cor. 4. 16.*  
& Ecclesiæ, in ipsa justitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, crescunt, atque magis justificantur: sicut scriptum est: *Qui iustus est, justificetur adhuc.* Et iterum: *Ne verearis usque ad mortem justificari.* Et *Eccl. 18 rursus:*

L 2

rursus: